



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 98. Utriusque Legati discessus, hujusque Legationis exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Pontifex illius opera in Synodo, morum- Sæcul. XVI.
A.C. 1557.
que emendatione uti vellet. Hic idem
Peytius Ordinis Fratrum Minorum Alu-
mnus erat, de quo brevi amplior redibit
fermo. V. Caraffa Regem inducat, ut
Palliano Duci fratri suo Bariensem
Ducatum, quem Philippus Bona Joani-
nis Galeatii Sfortiæ filia, ac vidua Po-
loniæ Regina fatis functa occupaverat,
cederet, simulque Neapoli magnificum
Principis Salernitani, cuius omnia bona
erant proscripta, palatum redderet.

§. XCVIII.

*Utriusque Legati discessus, hujusque
Legationis exitus.*

Itaque ambo Cardinales hisce manda- Spond. hoc
ann. n. 4.
Diar. Ma-
gist. cerem.
14. Octobr.
tis instructi mense Octobri ad medium
vergente discedebant, ac præprimis
quidem Franciæ Rex Trivultium Cardi-
nalem perbenigne excipiebat, palam
contestatus, quod cum Philippo Rege
pacem, ac concordiam fovere omnino
paratus esset, dummodo Hispani ob vi-
ctoriam de Gallis reportatam non su-
perbirent, nec Franciæ Regem aut vi-
ribus, aut animo dejectum existimarent:
Verum Legatio Caraffæ Cardinalis Bru-
xellis haud adeo expeditum fortieba-
tur exitum: cum enim Philippo Regi
ambitiosa hujus Legati indoles haud in-
cognita esset, ipsus eidem decima ter-

K k 5 tia

Sæcul. XVI.
A.C. 1557.

tia Decembris die, qua advenerat, ob-
viam usque ad Bruxellensem portam
procedebat, atque in itinere sinistrum
eius latus stipabat, quin imo die Sacris
tribus Regibus sacra ipsius Legatum in
suo Palatio invisit, atque eundem ad
suum Sacellum conduxit, nec non po-
stea eundem suo convivio adhibens o-
mni occasione data plurimis honorum
signis decoravit: dum vero Cardinalis
Itineris sui caussam exposuerat, Rex ei-
dem hæc reposuit: „Ad pacem quidem
„Christianæ Reipublicæ reddendam a-
„nimum oppido propensum foveo: ve-
„rum id longioris indaginis negotium
„est, nec mihi satis persuadere valeo,
„quod pariter Franciæ Rex, uti orete-
„nus præfert, animo etiam ad concor-
„diam propendeat, quinimo potius econ-
„tra haud temere suspicor, quod ad re-
„ficiendas suas vires nupera clade ad-
„modum detritas hac temporis mora u-
„ti moliatur, ut postea majori ardore
„bellum restaurare possit. His addidit,
„ad meos ministros Neapolin literas
„dabo, ut ea, quæ jurisdictionem Ec-
„clesiasticam concernunt, rite compo-
„niant, nec inconsultum erit, si pariter
„Pontifex eo Nuntium miserit, qui cum
„illis conferre poterit. Polum Cardi-
„nalem quod attinet, totum negotium
„cum Regina pertractandum erit., Le-

gatus

gatus hunc in finem ad Reginam con- Sæcul. XVI.
 sentiente Rege Montis - Belli Marchio- A.C. 1557.
 nem decernebat, eidemque Legationis
 socium adjungebat Hieronymum Ne-
 chisolam Ordinis S. Dominici Religio-
 sum, patria Veronensem, ac Theatinum
 Episcopum, qui Reginam de Pontificis
 voluntate certiorem redderet. Pariter
 Rex Peytii caussam ad Reginam remit-
 tebat, subjungeus, quod ob grave hu-
 jus Præfulis senium exigua in ejus
 opera spes a Pontifice collocari possit.
 Denique ad ultimum articulum Rex re-
 posuit, Albæ Ducis adventum esse præ-
 stolandum, ut cum eo melius hac de-
 re conferri possit.

§. XCIX.

*Cardinalis Caraffæ colloquium cum
 Philippo circa Paliani Ducis
 fratribus sui caussam.*

Interea Caraffa Cardinalis Pontificem *Pallav. c. 5.*
 de Legationis suæ successu, necnon *n. 9. & 10.*
 de Regis responzionibus certiorem fa-
 cere non prætermittebat; quippe hanc
 in rem Octavium Reversam Terraci-
 nensem Episcopum olim apud Helvetios
 Sedis Apostolicæ Nuntium Romam ab-
 legabat, quem tamen Pontifex proti-
 nus ad Nepotem suum remisit, signifi-
 cans, quod Bariensem Ducatum Pal-
 liano Duci donandum urgeret: cum
 vero